


URBIS SCHONHOVEN, AB HI-
spanis occupatæ: cufus Anno Christi

1575.



MERGHEsus copiarum Hispaniarum Dux, postquam Aquas Antiquas (vulgò Oudewatter) expugnasset, cruentâ attamen victoriâ reportatâ, ad urbem Schonhoven, se convertit: positisque castris, fossis & aggeribus ductis, cepit urbem multis muribus tormentis diverberare. Urbani quosdam aggeres incidunt; quo factum, ut per duo milliaria proxima quoque urbi sub undis occultarentur: ob-
sidentes tormenta per magnam difficultatem retra-

here, seque procul ab urberecipere necesse haberent. Aurantius his cognitis undecim instruit navigia, quæ militem, commeatum, & apparatus bellicos obseis conveherent. Hispanus, ubi per exploratores, quid Aurantius moliretur, cognovisset, it obviam hosti cum viginti & octo navigijs eximie ad pugnam instructis: pugnatur utrinque singulari virtute: post acre prælium, in quo demersa sunt duo Aurantiana navigia, tria capta reliqua fugâ se servarunt. Urbana præsidia cognitâ clade suorum, perceptaque populi & urbanæ multitudinis, quæ à se dissentiret, voluntate, honestis conditionibus hosti urbem dedunt. Co-

mes Natalis. Author.